

orata & non audienda; nescire enim, quod ipse feceris aut
concefferis aut planè fatui, aut furiosi, aut extremè obliuiofi est.
Facti autem alieni ignorantia est, cum quis ignorat, quid ege-
rint alii, quidque loquatur facta publica &c. Plures ignoran-
tiæ species adducere possemus, ne autem charta nobis inuitis
creleat, hic abrumpimus & pro peramus ad *Spontaneam*.

§. XV.

Spontanei, τῆ ἐκ φύσεως, natura ex ἀρχαῖς sive invito eluce-
scit: De *Spontaneo* lib. 3. Nic. c. 1. ita Philosophus noster: Τὸ
ἐκ φύσεως δὲ γίνεσθαι ἐν εἰρήνῃ, ὅτι ἢ δὲ χὴ ἐν αὐτῷ εἰδῶσι τὰ κατὰ ἕκαστον, ἐν
οἷς ἢ πρῶτον. Sponte fieri videtur id, cuius principium quisque
continet, sciens res singulas, in quibus actio versatur. Confer lib.
V. Ethic. c. 8. Lib II. Eudem. c. 9. Lib. 1. Magn. Mor. cap. 3. Duo
igitur ad actionem spontaneam requiruntur, (1.) cognitio sive
scientia circumstantiarum, ut scilicet ei, qui spontè dicitur a-
gere, cognitæ sint omnes circumstantiæ; Si enim agit ex igno-
rantia alicujus circumstantiæ, actio est invita per ignorantiam,
non verò spontanea. Quod autem non ita est accipien-
dum, quasi ad actionem verè spontaneam requiratur, ut agens
omnes noverit actionis circumstantias, nullâ exceptâ, sed re-
quiratur saltem, ut noverit eas circumstantias, ἐν οἷς ἢ πρῶτον,
in quibus est actio, hoc est, à quibus substantialiter pendet a-
ctio. (2.) Requiritur iterum talis actionis principium, sive
appetitus, ut scilicet quis appetat & velit id quod agit. Licet
autem scientia, quæ est in eò, qui spontè agit, sit etiam inter-
num actionis spontaneæ principium, non tamen est principium
nisi mediante appetitu, qui propriè hoc loco dicitur *internum*
actionis spontaneæ principium, & ratione appetitus actio dicitur
spontanea, quatenus cupiditate nostrâ & animi inclinatione
in rem aliquam ferimur. Cupiditas enim inclinat animum ad
sectandum, cuius cupidi sumus.

§. XVI.

At verò, utut definitio ex Aristotele proposita ita expla-
netur, non leues tamen difficultates apud Excell. Dn. Slevogti-
um in disput. de voluntario §. 26. 27. &c. ei obstare videntur, id-
circo se posita eâ, alii spontaneum, quod voluntarium etiam